



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Caput 9. Circa interdicti causas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

DVBIVM IX.

Cum Interdictum fertur à summo Praefule, seu ab eo, qui in seculares, & Regulares iurisdictionem habent: comprehenduntur Religiosi, interdicto Clero?

88
Comprehenduntur.

Comprehenduntur quidem. Quia communitas in populum & Clerum dividitur. Argum. Cap. Si sententia, de sentent. excommunicat. At Religiosi etiam laici siue mares, siue feminae, non sunt de populo, ut suppono: ergo sunt de Clero. Igitur interdicto Clero, censendi sunt esse interdicti. Sic Couar. ad c. Alma, p. 2. §. 1. n. 8. Nauar. sum. c. 27. n. 167. Suar. d. 32. sect. 2. n. 13. Philarc. de offic. Sacerd. p. 1. l. 4. c. 3. Viuald. de interd. nu. 159. Tolet lib. 1. cap. 18. & alij.

89
Non comprehenduntur.

Non comprehenduntur. Quia esto sub nomine Cleri Religiosi in fauorabilibus intelligantur: non tamen in penalibus & odiosis: ut pote qui diuersis legibus, ac constitutionibus reguntur. Ita Vgolin. tab. 5. §. 5. numer. 3. Henriquez lib. 13. cap. 42. numer. 3. Sayr. lib. 5. thesaur. cap. 4. numer. 29. Auila p. 5. disputation. 1. dub. 4. concl. 7. Coninch disputat. 17. n. 8. Filiuc. tract. 18. numer. 14. Layman. lib. 1. tractat. quint. part. quart. capit. 1. numero tertio. Hurtad. de interd. diff. 4.

90
Hoc affirmo.

Si interdictis Religiosis, non censentur Clerici seculares interdicti, ut fert communis sententia neque etiam interdicto Clero, Religiosi censendi sunt interdicto affici. At si Religiosus beneficium seculare possideat, interdicto Cleri subiicitur. Quia vnum cum Clericis seculares corpus constituit. Hurtado, ac Sayro annotantibus. Verum si interdictum latum esset non sub nomine Cleri, sed sub nomine personarum Ecclesiasticarum: crederem Religiosos tam Clericos quam laicos comprehendendi. Quia vere sunt personae Ecclesiasticae ad Ecclesiam, illiusque iurisdictionem directe pertinentes.

DVBIVM X.

Interdictis alicuius vniuersitatis Doctoribus, afficiunturne Doctores Clericali statu insigniti?

91
Non afficiuntur.

Non afficiuntur Doctores Clerici, sed laici tantum. Quia solum Doctoribus laicis competit, vniuersitatem constituere, siue communiter. Sic Angel. verb. Interdictum 1. numer. 9. Rosel. lib. 1. §. 5. Syluest. 2. nu. 18. Vgolin. tab. 5. Parag. 5. numer. 3. Sayr. lib. 5. thesaur. capit. 4. numer. 10.

92
Afficiuntur.

Afficiuntur plane tam Clerici quam laici Doctores. Quia nomen Doctoris æque Clericis ac laicis est commune. Ita Tabie. verb. Interdictum 1. numer. 9. Armil. numer. 11. Viuald. numer. 169. Henriquez lib. 13. cap. 42. numer. 1.

Bonacin. tom. 1. disp. 5. de censur. punct. prim. nu. mer. 17.

Hos sequor. Nam ex Doctoribus tam Clericis quam laicis communitas, seu vniuersitas huiusmodi coalescit, ut experimento comprobatur.

DVBIVM XI.

Interdicto populo, interdiciantur loca eius censentur?

Censentur interdicta. Quia alias interdictum frustraneum esset cum Clerici possent aperire ianuam, & campanis pulsatis in Templis illius censentur. Interdictum populi diuina peragere. Sic Couar. ad c. Alma, p. 2. §. 1. numer. 7. Henriquez lib. 13. cap. 42. circa finem.

Minime interdicta loca illa censentur. Quia interdictum personale à locali distinguitur, neque vnum aliud inferat. Neque est inconueniens, ut interdicto populo, possit Clericos diuina in illa Ecclesiis illius populi peragere, cum Ecclesie non sint interdictæ. Ita Nauarr. summ. c. 27. numer. 167. Hurtad. tractat. de interd. diff. 3. Auila part. quint. disputation. prim. dub. 2. Coninch dub. 17. numer. 20. Sayr. lib. 5. thesaur. cap. 4. numer. 16.

Hanc sententiam probabiliorum esse iudico. Neque enim inde sequitur, interdictum populi eludi, cum populus debeat à diuinis illis officiis audiendis abstinere. Quod si populus interdictus eis velit assistere, neque expelli valeat, cessare debent Clerici ab illorum celebratione, non ex lege interdicti, sed ob scandalum vitandum, & ad peccatum cooperationem.

CAPVT IX.

Circa Interdicti Causas.

DVBIVM XII.

Episcopus, seu Prælati sub se Capitulum habens potestne sine eius consensu interdicti sententiam ferre

POTEST quidem. Quia consuetudo legis vim habens edocet, id illos posse, cum quotidie huiusmodi potestatem executioni mandari videamus, tali sententia vim suam exercente. Sic Calderin. de interd. membr. 3. numer. 4. Glor. ad ap. 1. de excessib. Pralat. verb. Capituli. Abbas ibi. Vgolin. tab. 5. capit. 1. Paragraph. prim. Suarius dub. 36. section. 1. numer. 6. Sayrus 1. §. thesaur. cap. 10. numer. 20.

Minime potest. Quia c. 1. de excessib. Prælati. Pontifex

Secl. II. De Interdicto, Dubia. 305

Pontifex prohibet, ne Clericos sine Capituli iudicio Episcopus suspendat, aut eorū Ecclesias interdicto subiciat. *Fauet c. Nouit. c. Quanto de his, que sunt à Prælo sine conf. Capituli. c. Cum in cunctis, de his, que sunt à maiori parte Capituli. Ita DD. quos pressio nomine affert, & sequitur Palao de cens. d. 5. pun. 3. n. 2.*

⁹⁹ *Amoris*
refutatio.
Existimo, spectato iuris rigore neque Episcopum, neque Prælatum alium sub se Capitulum habentem posse Clericos interdicere absque Capituli consensu, bene tamen laicos. At spectata consuetudine, et laicos & Clericos interdicere posse.

DUBIUM XIII.

Prælati Regulares iurisdictionem tantum in Religiosos habentes possuntne eos absoluto interdicto ligare?

¹⁰⁰ *Nonnulla*
paruit.
Et si spectato iuris rigore possunt interdictum tam in personas quam in loca sibi subiecta ferre: at consuetudine præscriptum est, hanc eis ademptam esse potestatem, saltem quoad interdictum locale, nisi forte in plebem iurisdictionem habeat. *Henriq. l. 13. cap. 2. n. 3. Sayr. l. 5. thes. c. 10. n. 22. Laym. l. 1. tr. 5. p. 4. c. 4. n. 1. Quæserim vero, an Prælati hi iurisdictionem in Religiosos solū habentes, possint eos absoluto interdicto illigare?*

¹⁰¹ *Non possunt*
absolui, sed
pariali.
Non possunt absolute, sed solum partiali, nempe ab audiendis diuinis officiis, vel confessionibus excipiendis. Quia potestas absolutum interdictum ferendi residet penes illos qui absolutam in subditos Clericos & laicos prælaturam gerunt. *Sic Sayr. l. 5. thes. c. 10. num. 22. Henriq. l. 13. c. 2. n. 3. & c. 5. l. n. 1.*

¹⁰² *Posse ab*
solui.
Possunt equidem absolute interdicto ligare. Quia in Religiosos subditos absolutam obtinent potestatem. Ita Palao de cens. disp. 5. pun. 3. n. 4. Et Doctores, qui negata potestate apponendi interdictum locale, personale concedunt.

¹⁰³ *Cum his*
opinor.
Cum his opinor. Nam si absolute personæ eis subiectæ sint, cur solum partiali pœna solum poterit eos punire, prohibendo, ne Confessiones excipiant, aut diuinis interfint? Et si sigillatim possunt eis singula interdicta ferre, cur non poterunt eos absolute interdicto plectere?

DUBIUM XIV.

Vi interdictum generale locale aut personale ferri possit, ultra culpam capitis, vel communitatis requiritur ne ut delinquens iurisdictionem temporalem habeat in loco, cum vel communitatem?

¹⁰⁴ *Nonnulla*
no.
Interdictum generale locale, personale quod cum ultra personas delinquentes, innocentes afficiat, nullo modo in iure fertur, nec ferri ab alio, quam à Pontifice potest ob culpam quantumvis grauem alicuius priuatæ personæ nisi ea culpa sit culpa capitis, vel communitatis. *Ejacob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.*

tis. *Argum. Cap. Non est de sponsal. Et deciditur in Concil. Basileensi, sess. 20. Quia pœna debet proportionari culpæ: & cum hæc sit communis pœna, culpam communem requirit. Suar. d. 36. sect. 3. m. 5. & 6. Auila par. 5. d. 3. dub. 1. concl. 5. Laym. l. 1. tr. 5. p. 4. c. 4. n. 4. Henriq. l. 13. c. 50. n. 1. Ad quæstionem autem assero, num ultra culpam capitis, vel Communitatis, requiratur, ut delinquens iurisdictionem temporalem in locū vel communitatem interdictam habeat?*

¹⁰⁵ *Requiritur*
plane.
Requiritur quidem. Quia non videtur rationi consonum, spiritualis Pastoris contumacia cum tam graui populi iactura coërcere. *Sic Cardinal. ad cap. Sane el. 2. de offic. delegati. Panormit. ibi, n. 7. Henriq. l. 13. c. 50. n. 1.*

¹⁰⁶ *Non requiritur.*
Non requiritur. Quia contumacia spiritualis Pastoris grauius delictum est contumacia domini temporalis: ergo si hæc sufficit ad interdictum generale personale & generali locale, vel speciale constituendum: etiam contumacia spiritualis Pastoris sufficere debet. Ita *Auila p. 5. d. 3. dub. 1. concl. 2. Suar. d. 36. sect. 3. n. 7. Sayr. l. 5. thes. c. 11. n. 9. Vgolin. tab. 5. c. 20. §. 1. numer. 2. Felin. ad cap. Sane numer. 2. Decius no. tab. 7.*

¹⁰⁷ *Verius hoc*
pute.
Verius hoc esse credo. Quod quidem non leuiter colligitur ex eo c. Sane. Vbi deciditur posse delegatum Pontificis interdicto subicere terram iurisdictioni Episcopi subiectam, absque vlla iurisdictionis temporalis, vel spiritualis distinctione.

DUBIUM XV.

Interdictum locale speciale, v. gr. vnius, vel alterius Ecclesiæ, potestne licite & valide pro debito pecuniario imponi?

¹⁰⁸ *Nonnulla*
suppono.
Certe sententia est, interdictum locale generale ferri non posse absque speciali summi Præfatis licentia pro delicto à capite, vel communitate perpetrato in ære alieno retinendo. Ita expressè cautū est à Bonifacio VIII. in *Extrauag. Provide attendentes, de sent. ex. com.* Ibi enim statutum est, pro contumacia domini, vel Episcopo loci in alieno ære retinendo, & debito pecuniario non soluendo, nullatenus posse aliquam Prouinciam, Ciuitatem, Castrū, locum, territorium sine speciali Sedis Apostolicæ licentia interdici. Quod si contra factum fuerit, irritum esse decernit. At de interdicto locali speciali quæserim num licite, & valide possit imponi?

¹⁰⁹ *Interdictum locale speciale, v. gr. vnius, vel alterius Ecclesiæ, cū non conueniat pro debito pecuniario imponi: absolute tamen licite ac valide imponi potest.*
Interdictum locale speciale, v. gr. vnius, vel alterius Ecclesiæ cū non conueniat pro debito pecuniario imponi: absolute tamen licite ac valide imponi potest. Quia præfata constitutio solum de interdicto locali generali loquitur, ut aduertit ibi Glossa, & Abbas ad cap. Cū in partibus, de verbor. signific. Ergo cum interdictum locale speciale nullibi prohibitum inueniatur, ferri pro debito pecuniario potest. *Sic Nauar. sum. c. 27. n. 168. Sayr. l. 5. thes. c. 11. n. 19. asserens esse omnium præter Couar. Suar. d. 36. sect. 3. n. 8.*

¹¹⁰ *Imponi non*
potest.
Interdictum locale speciale non potest ob debitum pecuniariū ferri. Quia in illa Extrauag. prohibetur, ne supponatur interdicto Prouincia, Ciuitas

Civitas, Castrum, locus, territorium: at locus tam de interdicto locali, generali, quam speciali intelligitur. Præterea solutio debiti pecuniarii facile aliis viis potest obtineri, absque innocentium periculo. Ita Covar. ad c. Alma, p. 2. §. 1. n. 5. Mexica de interd. diff. 3. concl. 2. Anila p. 5. d. 3. dub. 3. concl. 2. Inclinat Laym. l. 1. r. 5. p. 4. sine.

111 Cum his Doctoribus opinor. Nam interdictum locale generale ideo ob causam pecuniarii debiti prohibetur apponi ab ordinaria potestate, ne ob temporalem causam, & quæ alia via emendari potest, innocentes detrimentum patiantur: hæc ratio etiam in interdicto locali speciali procedit: ergo interdictum locale speciale ob debitum pecuniarium nequit imponi absque summis Præfatis facultate.

DUBIUM XVI.

Interdictum personale generale potestne imponi ob retentionem aris alieni à capite communitatis factam?

112 Interdictum personale generale, hoc est, interdictum Communitatis ob aris alieni retentionem à capite Communitatis factam potest imponi. Quia constitutio Bonifacii VIII. in Extrav. Provide attendentes solummodo de interdicto locali loquitur, ut manifestum est. Ex quo colligitur, interdictum personale cedere. Sic nonnulli, quorum sententiam amplectitur Castro Palao de cens. d. 5. p. 3. §. 2. n. 6.

113 Imponi non potest. Quia si imponeretur, innocentes ob temporalem causam, haud æque, gravarentur. Vnde prohibitum proculdubio est, sicuti generale locale. Ita Calderin. tract. de interd. memb. 1. n. 2. & alij.

114 Ego quidem existimo, si illius Extrav. spectemus verba, veram primam sententiam esse, idque omnino asserendum. At si intentionem Pontificis perpendamus, verius censeo, interdictum personale generale prohiberi, sicut & locale, ne ad innocentes poena illa redudat. Illud autem est certum, interdictum personale speciale pro debito pecuniario imponi posse auctoritate ordinaria. Quia nullibi contrarium est cautum: neque verba, nec mens illius Extravag. aduerfantur.

DUBIUM XVII.

An interdictum personale speciale possit ob culpam alienam ferri?

115 Potest quidem. Quia si ob culpam capitis innocentibus communitatis gravantur interdicto populo: cur non poterit innocens interdicti ob culpam alterius, qui ipsi coniunctus est? Sic Henr. l. 1. c. 5. n. 2. Anila p. 5. d. 3. dub. 2.

116 Minime potest. Quia cum speciale personale interdictum propriam personam ubique afficiat, poena est in ipsa culpam supponens. Ita Sayr. l. 5. thes. c. 11. n. 5. Suar. d. 36. sect. 3. n. 2. Hurtad. de Interd. diff. 1. 3.

117 Hanc sententiam communem eligens assero, interdictum personale speciale nunquam ob alienam culpam ferri posse, sed necessario propriam sup-

ponere: ut culpa, non innocentia flagelletur.

DUBIUM XVIII.

Ob culpam venialem propriam potestne ferri speciale personale interdictum?

Potest quidem. Quia huiusmodi interdictum non privatur maioribus bonis, quam excommunicatio minor: & ex alio capite cum est à iure, vel ab homine generaliter latum, æque facile ac excommunicatio minor valet auferri. Ergo sicut excommunicatio minor ob solam culpam venialem contrahi potest, etiam contrahi poterit interdictum. Sic Henr. lib. 13. c. 50. n. 2. Anila p. 5. d. 3. dub. 2. Sà v. Interdictum, n. 7. Hurtad. de interd. diff. 1. 3.

Non potest. Quia huiusmodi interdictum maioribus bonis privatur, quam minor excommunicatio, & passim contingentibus siquidem privatur Sacramentorum administratione, ac receptione plurimum, divinatorum officiorum assistentia, ac Ecclesiastica sepultura: & difficilior tollitur quam excommunicatio minor, quæ à quolibet Sacerdote simpliciter valet auferri, cum interdictum saltem proprium Sacerdotis requirit. Ita Suarius disputat. 36. sect. 3. n. 1. Sayr. lib. 5. thes. c. 11. n. 16. Layman. lib. 1. r. 5. p. 4. c. 4. n. 4. Valquez tom. 2. disputat. 58. n. 50.

Hanc sententiam probabiliorē esse non dubito. Nam ob transgressionem interdicti sæpe incurritur irregularitas, quæ tamen non incurritur ob minoris excommunicationis violationem: ergo signum est graviores esse poenas: ac proinde non nisi ob gravem culpam contrahi posse. Fateor tamen, si interdictum non sit absolutum, & integrum, sed partiale, & ad breve tempus: posse ob veniale piaculum posse iniungi. Quia tunc est levis poena facile remouenda. Caiet. v. Suspendio, & v. Interdictum Navar. sum. c. 27. n. 67. Laym. l. 1. r. 5. p. 4. n. 4. Hurtad. de interd. diff. 1. 2. Suarius d. 36. sect. 3. n. 2.

CAPVT X.

Circa Interdicti Effectus.

DUBIUM XIX.

Tempore Interdicti potestne seclosa necessitate solemniter ministrari Baptismus?

Vidimus section. prim. administrationem, ac receptionem Sacramentorum esse nonnullis temporibus interdicti prohibitam, exceptis relictis casibus in iure expressis. Deciditur Cap. Re-

De primo effectu interdicti. Ne privatione sacramentalis Sacramentorum.